ip(s)i(u)s praeiudicium quod sibi pensat Contra te quinquagintis marcis polon(icalibus) vel ut Iudicium decernet Et que premissa in termino latius Comprobabuntur Iudicio super utraque proposicionem iudicabis Datum in Castro Lublinen(si) Sabbato post festum Sanctissimae et indiuiduae Trinitatis proximo Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Undecimo.

Patet poena XV als trium marcarum pecuniae parti et judicio totidem

Et sic in Continenti Coram eodem judicio personaliter stans ministerialis Generalis Regni providus Jacobus Pietrak de Matczyn palat(inatus) Recogn(ovit) Quia Cittationes duas racione suprascriptorum omnium editas primam super quam Contumacia obtenta est feria secunda post Dominicam Cantate proxime preterita Alteram vero secundo post poenam Contumacie editam feria secunda proxime preterita in Curia mansionis Citati villae ... in manus Citati tradidit et de iuris forma publicavit.

Inter Pik Subditum mm. Firleiow et Strykowski

Appellatio.

Proposuit iudicialiter Coram presenti Capitaneali Castren(si) Lublin(ensi) Iudicio infrascriptus Actor Contra infrascriptum Citatum Cittatione huius modi.

Joannes Firlei de Dambrowica Capitaneus Lublinen(sis) Tibi Nobili Joanni Strykowski tanquam impossessionato golothe et odardo quantam de possessione tua nullibi Constat mandamus vigore Regio et nostro capitaneali ex officio ut Coram nobis seu judicio nostro Capitaneali Castren(si) Lublin(ensi) in terminis judicialibus feria secunda ante festum Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proxime ventura in Castro Lublinen(si) celebran(dis) vel iis defficien(tibus) tandem in proxime post tempus prefixum venturis Ad instantiam laboriosi Joannis Pik de villa Plowiszowice subditi Generosorum Nicolai Capitanei Casimirien(sis) et Joannis Firleiow personaliter peremptorie Compareas Qui te secundo prout te in termino primo in poena Contumaciae in terminis iudicialibus in Castro Lublinen(si) proxime celebratis ex admissione judicii presentis iudicialiter Condixit iuxta suam Cittationem primam seu originalem qua te Cittavit et nunc una cum assistentia eorundem dominorum suorum Cercat pro poena sua trium marcarum polon(icalium) iuxta statuta statutum Cittat pro eo quia tu eidem actori tempore non ita predicto sine ulla Causa tibi data eidem vulnera ... prima in vertice Capitis Cruentum sectum magnum item in utraque Capula duo ... livida magna intulisti et inflixisti quod sibi pensat

Contra

Contra te ad Ducentas marcas pecu. Communis et da
mni totidem vel prout iudicium decernet ad praemissa
iudicialiter sis Responsurus Datum in Castro Lublinen.
Sabbato post festum Sacratissimi Corporis Christi
proximo Anno dni millmo Sexcentesimo Vndecimo.
Et post propositionem suam modo praemisso factam deducto
parti Cittatae ultimo termino, Contentisque Cittationis suae de
rificatis petit eandem ad iudicem responsionem Compelli reser
uatis de iure reseruandis.
In Contrarium modernus litteris patitur iudicio praesen. sibi dillo
nem ad probandam possessionem suam ad terminos proximos
iudiciales Concedi in quibus terminis probabit se esse possessionatum
actor vero ipsi Cittato non ad forum Competentem actionem praetendit
euocando Cittatum a foro proprio intentauit de qua euoca
tione protestus est, actio enim uulgum cum possessionato Nobili
non alibi nisi in foro terrestri peragi debet repetitisque ut supra
Saluis beneficiis iuris in robore reseruatis ac cautionibus quibusuis.
Actor vero deduxit iudicio praesenti dillationem ad producendam possessionem
nem inconcessibilem esse Siquidem eam in instanti non pro
duxit petens ut iudicium praesens Decernat eidem procedere
Saluis iuris beneficiis in toto reseruatis
Et Iudicium praesens capitaneale Castren. Lublinen. Conuersis partium
Actoreae per Nobilem Christopherum Matczinsky plenipoten
tem Cittatae vero per patrem Coram se factis bene diligenterque
exauditis et intellectis Cittato dillationem ad ostendendam
autentice possessionem suam, idque ad terminos iudiciales in Castro Lu
blinen. proxime et immediate cellebrandos dedit et Concessit
in quibus terminis iudiciorum partes praefatae habebunt ter
minum peremptorium per iudicium praesens Conseruatum, Cittata
ad satisfaciendum dillationi suae, actor vero ad attentandum
illam ulteriusque ea in Causa iuxta procedendum Decreti
praesentis Rigore
Quam sententiam et Decretum praesens pars actorea proinde
non suscepit nec in eodem acquiescere voluit verum ab eo
et cum eodem Magnificum Joannem Firley a Dambrowica
Capitaneum Lublinen. ad iudicia ordinaria Generalia Tribunalis Re
gni Lublinen. proxime cellebranda per ministerialem Generalem Regni
Nobilem Joannem Lateskij mouit seu appellauit termino praesenti seu
Tacite expurgandum sibi vero et parti motionis et causae suae professionem
inter causas Pallatus Lublinen. figendam.
Quam motionem iudicium praesens parti actoreae admisit terminum praesentibus
modo praemisso inter Causas Pallatus Lublinen. Conseruando.